

Franckesche Stiftungen zu Halle

Evangelische Lehre von den Kindern in Christo und Jhren Eigenschafften/ aus Matth. XVIII. 3. Bey dem Christlien Leichen-Begängniß Joachim Kobers, ...

Francke, August Hermann

Halle, Anno 1703.

VD18 11308540

Prorector Academiae Fridericianae, Io. Samuel Strykius, Ic.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190347

PRORECTOR ACADEMIAE
FRIDERICIANAE,
IO. SAMVEL STRY-
KIVS, IC.

SERENISSIMAE VIDVAE SAXO-ISENA-
CENSIS CONSILIARIUS AVLICVS,
ET IVRISPRVDENTIAE PROF.
P. ORDINAR.



Voties in funus & exsequias pro-
dimus, fragilitatis humanæ subit
miseratio. Naturæ enim con-
gruere videtur, exstingui senes
atque viribus defectos: floren-
tem ætatem non tam ad volupta-
tem suam, quam ad communem
ecclesiæ reique publicæ seruari vtilitatem. Sed, vt
seges multis incommodis exposita est, quæ impedi-
unt, quo minus maturescat, & ad speratas fruges
perducatur; ita pauci hominum ad extremum æ-
tatis perueniunt: plurimi, vegetiores quum sunt,
mortalitate intercipiuntur, quidam iam vtiles rei-
publicæ; alii in flore & propiores maturitati: plu-
res in herba & prima spe, quam faciunt, præter opi-
F nio-

nionem extinguuntur. Sic omnium quidem angustis terminis conclusa est viuacitas, sed aliorum magis angustatur; aliorum paullo laxiores sunt viuendi rationes. Has vero si recte computaueris; si expenderis vices rerum; si exitum, ad quem omnes proferimur, prospexeris, par vbique est conditio, & eundem, quo eunt omnia, nec nouum huic vel illi accidit, sed ad quod quisque humanitatis lege natus fuerat. Neque interest, citius tardiusue ad finem feraris, ad quem ferri omnes oportet: & si quid discriminis in mora & ætate sit, id lucrum potius, quam damnum, existimandum est, quia qui puer decedit aut adolescens, miseris iis eripitur, quæ fatali necessitate vitam longiorem comitantur: contra, quod mortali vitæ abrumpitur, immortalitate ac infinitis gaudiis pensatur, vt non detractum quidquam sit, sed idem purius multo perfectiusque continuatum. Quæ quo certiora cuncta sunt, vt dubitari ne minima parte possint: eo maiori solatio mæstissimis parentibus esse debent, quorum bonæ indolis filius ex pueritiæ annis in æuum perfectissimum atque interminabile; & ex rudimentis disciplinæ ad clarissimam Dei ac rerum diuinarum cognitionem; a lubrico ætatis & lapsus procliuitate ad sanctitatis constantissimam integritatem feliciter beateque transductus est. De cuius ortu, educatione ac vita
bre-

breui, quæ accepimus, memoriæ ac solatii causa, vt
solemne est, referemus. Is IOACHIMVS Rober
fuit, puer præstanti indole, quæ spem non dubiam
& probitatis & profectuum ostendebat; natus anno
MDCCXCI. XXV. Aug. Pritzvvaldiæ, in Marchiæ
Brandenburgicæ prouincia Pregnicensi, patre spe-
ctatæ dignitatis viro, IOHANNE Rober / merca-
tore eius ciuitatis integerrimo: matre CATHA-
RINA WOLTERSODORFIA, femina hone-
stissima: a quibus Christianis sacris initiatus in scho-
la primum publica, deinde domestica institutione
pro ætate non mediocriter profecit. In quo cœ-
pto pietatis ac disciplinæ cursu vt sine remora feli-
cius & procul ab illecebris progrediretur, pientis-
simi parentes in Regium, quod Glauchæ est, Pæda-
gogium, vna cum fratre maiore, nuper ineunte
Maio tradiderunt, in quo, quæ pensæ sunt huius
ætatulæ, tam probitate morum, quam discendi cu-
piditate industrie accurauit. Præter enim pieta-
tis incrementa, in Latina lingua progressum annis
parem fecit: etiam vt haberet, quo seueriora ali-
quando studia temperaret, suorum iussu tam vo-
ce quam fidibus scite canere addiscebatur, eoque
ingenium ad multa & varia aptum & idoneum
approbavit. Quum vero ita in hoc stadio
decurreret, repressus est alui duriori obstru-

ctione, cui molliendæ etiam præsentissima medi-
 cina, quæ adhibebatur, nihil profuit, sed vomitus ve-
 hementiores insecuti, & hos virium prostratio: cui
 tandem epilepticæ conuulsiones accesserunt, quæ spem
 conualescendi omnem abstulerunt. Ille vero pa-
 tientis animo tulit, & Christo se precibus commendans,
 XXIX. Septembris, vergente iam die, quum & præsen-
 tes precibus instarent, piam animulam, educente Deo in
 sedes beatiores, exhalauit. Exuuiis, quas reliquit, ho-
 die hora 1. Christiano ritu ad Glauchenſe templum exse-
 quiis honestis suprema celebrabuntur, quibus vt pluri-
 mum reuerendi & amplissimi PROFESSORES, & præ-
 stantissimi CIVES Academiæ, quibuscumque commo-
 dum est, frequenti comitatu adesse ne grauentur, of-
 ficioſe ac amanter rogamus ac admonemus.

P.P. Halæ VII. Octob. MDCCIII.

